

Zum Schutz Siziliens war eine römische Flotte auf der Insel stationiert. Seeräuber brachten diese in ihre Gewalt, während sich der Oberbefehlshaber Verres am Strand mit Frauen vergnügte.

In Verrem, 2. Rede, Buch 5, Abschnitte 91-94

V.91:

Praedonum dux classem pulcherrimam populi Romani inflammari incendiique iussit.

V.92:

O tempus miserum atque acerbum provinciae Siciliae!

O casum multis innocentibus calamitosum atque funestum!

O istius nequitiam ac turpitudinem singularem!

Affertur nocte intempesta gravis huius mali nuntius Syracusas; curritur ad praetorium, quo istum ex convivio paulo ante mulieres cum cantu reducerant.

V.93:

Domi autem huius praeclari imperatoris disciplina ita erat severa, ut in re tanta et tam gravi nuntio nemo admitteretur, nemo esset, qui auderet dormientem excitare.

Iam vero re ab omnibus cognita concursabat urbe tota maxima multitudo.

Cum praetor quaereretur et constaret neminem ei nuntiavisse, fit ad domum eius cum clamore concursus atque impetus.

V.94:

Tum iste excitatus rem omnem audit, sagum sumit, procedit in medium – vini et somni plenus.

Excipitur ab omnibus eiusmodi clarmore, ut ei Lampsaceni periculi similitudo versaretur ante oculos.

Tum istius acta, tum flagitiosa illa convivia commemorabantur, tum appellabantur a multitudine mulieres nominatim, tum quaerebant ex isto palam, ubi tot dies fuisset, per quos numquam visus esset, quid egisset.

Hilfen zu den im Text unterstrichenen Wörtern:

o mit Akk. : (Ausruf) o, was für ein(e)

Syracusae, arum f. : Syrakus

praetorium, i n. : Palast des Statthalters

domi : im Palast

sagum, i n. : Kriegsmantel

excipere : hier: in Empfang nehmen

Lampsaceni periculi similitudo: eine ähnliche Gefahr wie in Lampsacus (dort wäre Verres von der aufgebrachten Menge einmal beinahe gelyncht worden)

acta, ae f. : hier: Vergnügungen am Strand